



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

L[e]ct[i]o. vi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Hereticos vir sanctus vali-
dissime confutabat. ita ut pub-
lice predicarent peccati non esse
se interficere augustinum. quem
tanquam lupum occidendum di-
cebant. et occisoribus omnia pec-
cata sua a deo dimittenda as-
serabant. Tante autem puritatis
et humilitatis fuit ut etiam mi-
nima peccata confitens confes-
sionis sue librum scripsit omni-
bus patentem. Tu. **LECTIO. VI.**
Omnibus miraculis pluribus
claruit. energuminos multos
liberauit. florens tam exemplis
virtutum quam affluentia doctri-
narum. Qui tanquam sapientie
lumen prefulgidum pugna-
culum veritatis et fidei mun-
damentum omnes ecclesie docto-
res tam ingenio quam scientia vi-
cit. Nam tanta scripsit ut non
solum diebus ac noctibus scri-
bere libros suos quis non pos-
sit sed nec legere. Post tot la-
bores anno etatis sue septua-
gesimo septimo: episcopatus
vero quadragésimo coram posi-
tis fratribus et orantibus in pace
ad dominum transmigravit.
Tu autem. **Euangelium.** Nemo
lucernam accendit. **In secun-**
dus vel. canitur de sancto Jo-
hanne baptista. Decollatio sa-
cti Johannis baptiste. xxix. au-
gusti in primis vesperis psalmi
feriales cum suis anti. R. Pos-
tulante Hymnus. De tuo.

Expectatio iustorum. **Capitulum.**
leticia. spes autem impiorum pe-
ribit: fortitudo simplicis via
domini et pauor his qui ope-
rantur malum. **V.** Gloria et
honore. **Sup mag an.** Argue-
bat herodem iohannes propter
herodiam quam tulerat fra-
tris sui philippi uxorem. **Col.**
Sancti iohannis baptiste et
martiris tui domine quoniam veneranda
solennitas salutaris auxi-
lij nobis prester affectum. **Per.**
Post primum Benedicam
de sancto Augustino. In ma-
tutinis Inuitatorum in primo
et secundo nocturno an. ps. et
de vno martire. Sermo bea-
ti Johannis epi. Lectio prima
Hodie nobis iohannis
virtus herodis feritas
cum refertur confusa sunt vi-
scera corda tremuerunt. caligauit
visus. hebuit intellectus. aufugit
auditus. aut quod constat in sensibus
humanis quando perdit virtutum
magnitudinem criminum magnitudo
Tu autem domine: miserere
nobis. Deo gratias. **R.** Di-
sit herodes rex manum ac tenuit
iohannem et vincit eum in
carcerem quia metuebat eum
propter herodiam. Quam
tulerat fratri sui philippi uxorem
V. Arguebat herodem iohannem
propter herodiam Quam tulerat
Herodes inquit tenuit
xx liij